Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25878
Copyright: Admont, Benediktinerstift

229r

~~rome athanasio episcopo.~~ Absque primatis consensu metropolitani episcopos non ordinent.
De persona autem consecrandi episcopi et de cleri plebisque consensu metropolitani
episcopi ad fraternitatem tuam quod et in provincia bene placuit scire te faciat. ut ordina referat
tionem rite celebrandam. tua quoque firmet auctoritas. que rectis dispositionibus ni
chil more aut difficultatis debebit afferre. ne gregibus domini diu desit cura
pastorum. ~~Item ex concilio kartaginensi .iii.~~ De eodem.
Placet omnibus ut inconsulto primate cuiuslibet provincie tam facile nemo presu
mat. licet cum multis in quocumque loco sine eius ut dictum est precepto episcopum
ordinare. Si autem necessitas fuerit. tres episcopi in quocumque loco sint cum primatis precep
to ordinare debebunt episcopum. ~~Item ex niceno concilio.~~ Unicuique ecclesie proprius
Mos antiquus perduret in egypto. vel lybia. vel pentapoli honor servetur.
ut alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem. quoniam quidem et romano
episcopo parilis mos est. Similiter autem et apud antyochiam ceterasque provincias honor
suus unicuique servetur ecclesie. ~~Item ex eodem.~~ De eodem.
Quia mos antiquus optinuit et vetusta traditio. ut helye ierosolimorum episcopo
honor deferatur. habeat consequentem honorem. manente tamen metropolitane ci
vitatis propria dignitate. Qui vero a provincialibus suis cum metropolitani licentia
fuerit ordinatus. infra constituta tempora se representet eius aspectibus. ~~Unde in taraconensi concilio~~
Si quis in metropolitana civitate episcopus non fuerit ordinatus. De eodem. ~~In hoc legitur.~~
postea quam suscepta benedictione per metropolitanum litteras honorem fuerit episcopi adeptus.
id optimum esse decrevimus. ut prefinito diu statuto tempore. id est impletis duobus mensibus.
se metropolitani sui presentet aspectibus. ut ab illo monitis ecclesiasticis instructus. ple
nius quid observare debeat recognoscat. Quod si forte hoc implere neglexerit. in synodo S. d. lxiiii. Cum longe.
increpatus a fratribus corrigatur. Et si infirmitate aliqua ne hoc impleat fuerit impeditus. S. d. xviii. Episcopo.
hoc suis litteris metropolitano indicare procuret. Item. D. ~~c. xviii. De ecclesiis consecra~~ J. v. q. iii. C. i.
~~tis si denuo debeant consecrari. In niceno concilio legitur.~~ Non debet iterum consecrari
Ecclesiis semel deo consecratis. non debet iterum consecratio ecclesia semel consecrata. .d. iiii.
adhiberi. nisi aut ab igne exuste. aut sanguinis effusione. aut cuiuscumque semi J. p. ulti. C. i. 7 iiii. Eccle uel. Plac.
ne pollute fuerint. quia sicut infans a qualicumque sacerdote in nomine patris et filii et spiritus sancti. J. p. ulti. d. i. Lectus.
semel baptizatus non debet iterum baptizari. ita nec locus deo dicatus iterum consecrandus est.
nisi propter eas causas quas superius nominavimus. si tamen fidem sancte trinitatis tenuerunt